



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ad annum Christi 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118618**

§. 51. Decretum pro indicenda proxima Sessione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](#)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1563.

Hæc Sessionis vigesimæ tertiae decreta  
unanimi Patrum suffragio fuere ap-  
probata, sex tamen Præfules unice  
quædam minoris momenti capita im-  
mutari, ac clarius explicari petebant,  
quin tamen decreta rursus examinaren-  
tur, sed duntaxat quædam declaratio  
addebetur. Verum decretum de res-  
identia majori obnoxium erat difficultati,  
undecim enim Præfules illud impugna-  
bant, quorum aliqui illud penitus re-  
jiciebant, atque alii duntaxat aliqua ex  
parte approbabant: eorum tamen oppo-  
sitiones flocci habebantur: unde decre-  
tis a potissima parte acceptatis, ac præ-  
lectis Sessio proxima per sequens de-  
cretum indicebatur.

§. LI.

*Decretum pro indicenda proxima  
Sessione.*

Pallav. hi&., Conc. Trid. „ Insuper eadem Sacrosancta Tridentina  
„ Synodus proximam futuram Ses-  
„ sionem in diem decimum sextum men-  
„ sis Septembris indicit: in qua agetur  
„ de Sacramento Matrimonii, & de aliis,  
„ si qua erunt ad doctrinam fidei perti-  
„ nentia, quæ expediri possint: item,  
„ de provisionibus episcopatum, digni-  
„ tatum, aliorumque beneficiorum Ec-  
„ clesiasticorum, ac de diversis refor-  
„ mationis articulis. Attamen proro-  
„ gata

„ 21. c. 12.  
„ n. 10.  
Visconti  
tom. 2.  
Mem. lettr.  
55. p. 179.

decreta  
ere ap-  
unice  
ita im-  
tebant,  
naren-  
claratio  
de res-  
cultati,  
pugna-  
tus re-  
iqua ex  
in oppo-  
decre-  
ac prae-  
ns de-

„gata fuit hæc Sessio ad undecimam **Sæcl. XVI.**  
„Novembris diem anno millesimo quin- **A.C. 1563.**  
„gentesimo sexagesimo tertio.

## §. LII.

*Lunensis Comes Protestantes ad Sy-  
nodum invitari rogans.*

Ex prospero hujus Sessionis successu **Pallav. l.c.**  
Synodi brevi absolvendæ spes au- **Visconti &**  
gebatur: verum Lunensis Comes Hi- **Mem. l.c.**  
spaniæ Regis Orator a Legatis petebat,  
ut Protestantes denuo ad Concilium  
invitarentur: equidem pia erat Comi-  
tis voluntas; hac enim ratione Prote-  
stantibus vel ad Ecclesiam redeundi  
medium suppeditare, vel iis omnem  
calumniandi ansam præripere studebat:  
verum iterata hæc convocatio plus justo  
Synodum, quæ aliunde nimium pro-  
trahebatur, prorogasset, si Protestan-  
tes ad illam acceſſissent: hinc non dee-  
rant, qui hanc petitionem nonnisi ad  
Regis Catholici follicitationem, ac ex  
solo Patres detinendi studio, a Comite  
fuisse interpositam arbitrabantur: aſt ut  
ut res ſe habuerit, id omnino pro com-  
perto habetur, quod hac petitione re-  
jecta Protestantes accerſiti non fuerint;  
porro poſtea nominabantur Theologi,  
qui articulos diſcuterent a Sacramentis  
ſeſunctos, cuiusmodi erant Indulgen-  
tiæ, Religiosorum vota, Sanctorum in-

Dd 3

voca-